

Lazarus . (29) Ipse etiam pro nostro crimine Christi Interit, & vivis rediens ad lumina vite Sepe suos inter fidos versatur amicos . (30)

II. Quibus Christus salutem corporis, isdem ne salutem anime imperavit ?

R. Habe Doctoris Angelici responsum . (3. part. quest. 44. art. 3. ad 3.) Christus miracula creabat quae 44. art. 3. ad 3.) Christus miracula creabat quae 44. art. 3. ad 3.) Christus miracula creabat quae 44. art. 3. ad 3.)

Quodnam fuit maximum miraculorum Christi ?

R. D. Hieronymo dubium non est, quin maximum, & praclarissimum omnium miraculorum Christi fuerit ejectio vendentium & ementium, itemque numulariorum e Templo . (Matth. XXI. 12.) (32) Sunt haec verba eius ex commentario in Evangelium Matthaei cap. 21. (Pag. 44.)

(29) Epiphanius hier. 63. §. 34. Illud inter Traditiones reperimus, trinita tum avos natum fuisse Lazarum, eum a mortuis excitatum est. A quo idem ille postea trinita alis annis vixit. Chrysofomus in Joan. hom. 65. pag. multa factum.

Theophylactus in Joan. cap. 12. pag. 736. Vide consequentiam passionis. Suscitavit Lazarum, miraculo hoc maximo omnium ad finem reservato, propterea multi consuebant & credebant, credentibus multis major nascebatur invidia.

Euthymius in Joan. cap. 11. tom. 19. Bibl. Patr. pag. 702. O maximum ac duplum miraculum ! Non solum qui iam elebat, resurrexit, sed etiam qui obvinctus erat, exivit a monumento. S. Basilus hom. de gratiarum actione §. 5. pag. 29. tom. 2. Jam mortuus revocabatur ad vitam, jam alligatus ambulabat. Inest miraculum in miraculo.

A Christo Domino tres mortuos ad vitam revocatos, hoc est Archisynagoga filiam, Viduae filium, & Lazarum quadriannuum, animadvertit S. Irenaeus lib. 5. adver. haereses cap. 13. S. Augustinus plures, quam tres. Tres mortuos, ait Iren. 98. cap. 3. §. 3. invenimus a Domino resuscitatores visibiliter, missa invisibiliter. Quot autem mortuos visibiliter suscitaverit, quis novit ? Non enim omnia, quae fecit, scripta sunt: Johannes hoc dicit: Multa alia fecit Jesus, quae hic scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Multi ergo sunt alii si- milia suscitati.

(30) Miracula Christi praecipua, seu gesta ejus diviniore narrat etiam Eusebius lib. 3. demonstrat. Evangelice cap. 4. pag. 107.

(31) Idem Doctor Angelicus subjicit e vestigio: Specialiter etiam paralytico dicitur: dimittantur tibi peccata, quia ut Hieronymus dicit super Matthaeum: datur ex hoc nobis intelligentia, propter peccata pleraque evenire corporum debilitates. Et ideo forsitan prius dimittantur peccata, ut, causis debilitatis ablati, sanitas restituantur. Unde & Joan. V. dicitur: Jam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Ubi dicit Chrysofomus hom. 37. in Joan. Dicitur, quod ex peccatis nata erat ei aegritudo. Quamvis autem, ut Chrysofomus dicit super Matth. hom. 39. quanto anima est potior corpore, tantum peccatum dimittere majus sit, quam corpus sanare: quia tamen illud non est manifestum, facit minus, ut demonstretur majus sit, quam corpus sanare.

Maldonatus in Matth. cap. IX. 2. pag. 222. De plerisque, non communitur de omnibus ita credendum. Nam Malchum illum servum Pontificis, cui Petrus auriculam absciderat, a Christo sanatum legitimus, suscitatum non credimus. Joan. XVIII. 10. Non enim fide sua, sed Christi benignitate, qui volebat avandem quaslatam confringere, sanatus est. Ceteros vero, qui fide curati sunt, non sola, sed eadem tamen fide, qua corpore sanati sunt, animo etiam credimus esse sanatos.

(32) Hoc est ex atrio Templi, quod Atrium Gentium appellabatur, & omnibus patebat. Facius autem hoc mirabile edidit Christus die Lunae post Dominicam Palmarum, decimo mensis Nisan, primo & vicesimo Martii, quarto ante mortem.

S. Chrysofomus hom. 22. in Joan. pag. 117. docet ementes, & vendentes bis a Christo ejectos e Templo: Semel in operum suorum initio, ut Johannes cap. II. 14. narrat, iterum passionis tempore appropinquante: quare vehementer castigazione usus latronum spelunca appellavit, quemadmodum Matthaeus cap. XXI. 12. Marcus XI. 15. Lucas XIX. 45. memorant. Eandem sententiam posuit Chrysofomus hom. 68. in Matthaeum pag. 588.

(33) D. Thomas 3. part. quest. 44. art. 3. statim post recitata verba D. Hieronymi: Et Origenes dicit super Joan. tract. 11. hoc esse majus miraculum eo, quod aqua conversa est in vinum, eo quod illic inanissima subsistit materia, hic vero tot millium hominum domantur ingenia. Et super illud Joan. 18. Abierant rectorum, & ecclesiam sine telo ullo percussit, repulit, stravit. Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet quod dicitur Luc. 4. insidiantium, & non apprehendi, divinitatis eminentiam ostendebat. Et quod dicitur Joan. 8. Jesus abscondit se, rum, aut columnam divertens; sed divina potestate se invisibilem insidiantibus constituens per medium illorum exivit. Et quibus omnibus patet, quod Christus quando voluit, virtute divina, animas hominum immutavit, non solum suscitando & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem, sed etiam exterius alliciendo, vel terrendo, vel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

quod transfiguratus in monte gloriam ostenderit triumphantis. Mibi iter omnia signa, quae fecit, hoc videtur mirabilis esse, quod unus homo, & illo tempore contemptibilis, & in tantum viliis, ut postea crucifigeretur, Scribis, & Phariseis contra se serventibus, & videntibus lucra destrui sua, potuerit ad minus flagelli verbera tantam efficere multitudinem, mensaque subvertere, & cathedras confringere, & alia facere, quae infinitus non fecisset exercitus. Igneum enim quiddam & sidereum radiabat ex oculis ejus, & divinitatis majestas lucebat in facie. (33)

C A P. XI.

De Praedicatione Christi.

I. Quondam Christus predicare cepit ?

R. Christus Dominus predicare cepit doctrinam suam anno aetatis 31. postquam Joannes Baptista iussu Herodis Antipae coniectus est in carcerem (Bar. ad an. 31. §. 44.). S. Marcus cap. I. 14. Postquam autem traditus est Joannes, venit Jesus in Galileam predicans Evangelium Regni Dei. S. Matthaeus cap. IV. 12. 17. Cum autem audisset Jesus, quod Joannes traditus esset, secessit in Galileam, & relicta Civitate Nazareth venit & habitavit in Capernaum. Exinde cepit Jesus predicare & dicere: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum Caelorum. S. Chrysofomus hom. 14. in Matthaeum (Pag. 128.): Exinde quando significat? Ex quo scilicet tempore Joannes

in carcere inclusus est. Cur autem non ab initio statim eis predicavit? Inter ceteras hanc quoque rationem offert: Propterea nec predicavit, antequam Joannes, nec mirabilia operatus est, quoadusquo ille incidere in vincula, ne hac existente causa magna pars populi seinderetur. Idcirco nec aliquando stigmam fecit Joannes, ut ex hoc quoque multitudinem traderet Christo, quo ad eum signorum admiratione confunderet. S. Hieronymus in commentario ad recitatum locum D. Matthaei (Pag. 5.): Joanne tradito, recte ipse incipit predicare, desinente Lege, consequenter oritur Evangelium. (1) Cum autem dicitur Christus, Joanne tradito in custodiam, predicare cepisse, intelligi volumus, ipsum tunc predicare cepisse publice. Nam privatim paulo antea docuerat discipulos, qui ipsum secuti fuerant, (Joan. I. II. III. IV. 14.) & eos, quos per discipulos baptizaverat in Iudaea, Nicodemum, & Samaritanos, ut ait Joannes Evangelista, crediderunt in eum propter sermonem ejus. (2)

2. Ubi praedixit ?

R. Per universam Iudaeam (Luc. XXIII. 5.) incipens a Galilea, (3) ubi educatus fuerat in Urbe Nazareth, ad quam post susceptum a Joanne baptismum, ad quem in deserto quadraginta dierum jejuniis rediit, ut est in Evangelio D. Lucae. Sed cum Nazareni doctrinam ejus aspernarentur, ac respuerent, descendit in Capernaum Civitatem Galilaeae, ibique doceret illas Sabbatibus (Cap. IV. 16. 31.). Exinde, referente S. Matthaeo (Cap. IV. 17. 23.), circumibat totam Galileam. Porro Christum Dominum ex Iudaea non excessisse docendo, nec Gentibus Evangelium predicasse, significat verba ejus apud Matthaeum (Cap. XV. 21. 24.): Non sum missus, nisi ad oves, quae perierunt domus Israel: quorum verborum haec est D. Augustini interpretatio tract. 47. in Joan. §. 4. Quid est ergo, non sum missus nisi ad oves, quae perierunt domus Israel, nisi quia praesentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel? Ad gentes non perrexit ipse, sed missi: ad populum vero Israel & misit, & venit ipse. (4) Jerry Tom. III.

Concessit quidem Christus in partes Tyri, & Sidonis, non tamen ut ibi praedicaret. (5) Nihilominus venientes ad se Gentiles in Galilaea, & Iudaea docens admisit, quemadmodum intelligi potest ex Matth. cap. IV. 25. Marc. cap. III. 7. 8. & Luc. cap. VI. 17. 18. Quemadmodum enim, ut ait S. Chrysofomus hom. 53. in Matth. (Pag. 446.) rerum consequentia postulabat, ne ad Gentem primum proficisceretur, sic non erat humanitatis ultra venientes repellere. (6)

3. Quam praesertim Urbem tempore praedicationis incoluit ?

R. Capernaum (Matth. IV. 13.) urbem maritimam ad septemtrionalem oram maris Galilaeae, & Tiberiatis, seu lacus Conesareth collocatam eo in loco, ubi Jordanis influit in mare; (7) quae Urbs, ut ait S. Augustinus lib. de contentu Evangelistarum cap. 25. §. 58. ita essebat in Galilaea, ut tanquam metropolis haberetur. Constat autem, Dominum adeo frequenter in ea commoratum, ut Matthaeus (Cap. IX. 1.) illam appellaret Civitatem ejus. (8) Quod autem magis potius, quam in aliis Galilaeae urbibus diutissime habitaverit, ea ratio asserit solet, quia frequentior illuc esset accessus hominum, inquit Baronius (Ad an. 31. §. 56.), cum tam bi, qui Transjordaniam habitarent regionem, quam ceteri e longinquo mercatura causa eo confluerent.

4. Unde praedicationem suam auspicatus est ?

R. Inde, inquit auctor Operis imperfecti, in Matth. hom. 6. (Pag. 799.) praedicationis suae sumpsit initium, quod predicare confusus erat Joannes: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum Caelorum (Matth. III. 2.): non ut conculcet Joannes doctrinam, sed ut magis confirmet. Eadem sententia S. Chrysofomus hom. 14. in eundem Matthaeum (Pag. 129.): Cumque cepisset, illud praedixit in primis, quod certe docuerat & Joannes. Et necdum interim de se aliquid memorat, sed praedicationem, quam praedixerat ille, confirmat. Idcirco

(1) Florentinus in Martyrologium Hieronymianum die 1. Maii pag. 476. ex vetustis Martyrologiis observat, Ecclesiam occidentalem solemniter memoria ejusdem Praedicationis initium antiquitus recoluisse, non dissimili ratione ab ea, qua initium signorum in Cana Galilaeae sub Epiphaniorem nomine celebratur. Consonant Notkerus & Wandelbertus: his verbis ille: Kal. Maii Paulatus Jeremia Propheta. Initium praedicationis Domini nostri Jesu Christi. Alter hoc carmine:

Majas prima sacrat Christi doctrina Kalendas.

(2) D. Thomas in Matth. cap. 4. pag. 13. Vel exinde, id est post incarcerationem Joannis, incepit publice predicare. Prius enim occulte, Joan. 1. scilicet Petro, Andrea, Philippo, & Natanael: sed hic publice. Nihil autem primo predicare publice, ut daret locum praedicationi Joannis: aliter nihil valuisset, sicut lumen stellarum offuscatur per lumen solis. Idem docet Sallianus in Annalibus Ecclesiasticis Veteris Testamenti ad annum Mundi 4084. §. 1. & Melchior Canus lib. 11. cap. 5. in responsione ad 6. Vide Actuum Apostolicorum cap. I. 22. & X. 37.

(3) Universae Iudaeae nomine intelligitur Herodis regnum in tres Tetrarchias divisum, ut supra dixi postremo capite quarto.

(4) S. Hieronymus in Matth. cap. 15. pag. 31. docet, idcirco Dominum ne verbum quidem Cananarum mulieri a finibus Tyri, & Sidonis egressi respondisse, ne ipse sententia sua videretur esse contrarius, per quam iusserat (Matth. X. 5.) in viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis. Notebat occasionem calumniantibus dare, perfectamque salutem gentium passionis & resurrectionis tempore servabat.

(5) S. Chrysofomus in Matth. hom. 53. pag. 466. Si quisquam dixerit: Et quomodo modo, cum discipulis junxerit dicens: In viam gentium ne abieritis, ille ipse abis? Primum illud adducemus, quia non tenebatur ipse, quae discipulis servanda praecipit, omnino servare: Deinde quia non ut praedicatorum illuc accessit, quod denotavit Marcus dicens (Marc. 7. 24.) quoniam & occultavit se ipsum, & non latuit. Theophylactus in Matth. cap. 15. pag. 88. Quare discipulos prohibuit ire in viam Gentium, ipse autem in Tyrum, & Sidonem Gentilium civitates iit? Dicitur igitur, quod non ut praedicatorum ire illuc, quia, ut Marcus dicit, & occultavit se.

(6) Idem S. Chrysofomus in Joan. hom. 30. pag. 159. Si qui accedebant, non prohibebat. Istud enim discipulis dixerat: In civitatem Samaritanorum ne intraveritis, non tamen ut ultra accedentes repellerent. Id enim quam indignissimum erat ejus humanitate.

(7) Bernardus Lamy, & Augustinus Calmet Urbem hanc ponunt ad ripam lacus occidentalem.

(8) S. Chrysofomus in Matth. hom. 30. pag. 289. Propriam hic civitatem ejus Capernaum appellavit. Bebbem enim ipsum tulit, Nazareth educavit, sed Capernaum perpetuum ipsius erat habitaculum, unde semel tantum revertem esse in patriam suam Nazareth; ibique magna omnium admiratione in Synagoga docuisse, tradiderunt Matthaeus cap. XIII. 54. & Lucas cap. IV. 16. Vide extremam annotationem 1. ad cap. VI.

Theophylactus in Marcum cap. XIV. 14. pag. 270. & 271. Manifestum est, Christum non habuisse proprium discipulorum, nec discipulos habuisse domum propriam. Nam si habuissent, illic eum suscepissent. Mirum autem duos et discipulis suis Petrum & Joannem, sicut & Lucas inquit, ad hominem ignotum, ostendens illis, quod possent non pati. Qui enim neminem hominis ignari conciliare sibi poterat, ut se exciperet, quid non fecisset in aliis?

autem initio predicacionis sue statim poenitentiam induxit, quia, ut est in Evangelio Matthaei cap. IX. 13. Non venenat vocare justos, sed peccatores: Ut scilicet nullus magnus superbiat, nullus infirmus desperaret, quemadmodum docet S. Augustinus serm. 200. cap. 3. §. 4

5. Quibus diebus, & quibus in locis predicavit?

R. Sabbathis saepissime predicavit in Templo, quo omnes Judaei conveniebant, (9) & in Synagogis, quae erant in urbibus, & vicis frequentioribus. (Matth. IV. 23. Marc. I. 21. Luc. IV. 15. 31.) (10) Neque mirum est, Christo permiffum fuisse in Synagogis ad populum verba facere. Nam consuevit honorem hujusmodi ab Synagoga Principibus deferri viris gravibus & eruditis, apparet ex Actis Apostolorum (Cap. XIII. 15. & XVII. 2.). Id quoque animadvertit etiam Tertullianus lib. 4. adversus Marcionem cap. 7. Sed est passim Synagoga adiretur, non tamen ad docendum, nisi ab optimo cognito, & explorato, & probato jam primo in hoc ipsum, vel aliunde commendato cum hoc munere. (11) Quis autem cum Christo in docendi munere comparandus?

6. Elegit ne aliquos doctrinae suae testes, & predicacionis adjutores?

R. Predicante Domino nostro Jesu Christo Evangelium Regni, & diversos per totam Galileam curante languores (Matth. IV. 23. 24.), in omnem se Syriae virtutum ejus fama diffuderat, & multae ex universa Judaea turbae ad caelestem medicum confluxerant. (12) Ut his confuleret anno predicacionis altero, aetatis suae 32. post fufas per noctem totam ad Deum preces mane ex multis discipulis (Matth. X. 1. Marc. III. 13. sibi adjutores elegit duodecim Apostolos (Luc. VI. 13.

X. 1.), qui duodecim fundamenta Ecclesiae appellatur in Litteris Sacris, (Apocal. XXI. 14.) (13) & anno insequente duos & septuaginta discipulos: hos binos ad predicandum misit, illos retinuit apud se, tum ut essent testes vitae suae, sibi quoque praesto essent, tum ut esse discerent rationem Evangelii predicandi, & orbem totum tali modo subigendi. Deceverat enim illos post mortem & resurrectionem suam tamquam legatos ad nationes omnes mittere, facta eisdem potestate aegros sanandi, Demones expellendi, & miracula quantumvis ingentia perpetrandi. Hinc miraculis conciliavit auctoritatem, auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit venerationem, veneratione roboravit religionem, quam non solum hereticorum inespissima novitas fraudibus agens, sed nec gentium quidem veteranos error violenter adversans aliqua ex parte convelleret. (14)

7. Tradidit ne discipulis aliquam orandi formulam?

R. Utiq;e. Rogatus enim ab uno ex illis: Domine, doce nos orare, sicut docuit & Joannes discipulos suos (Matth. VI. 9. Luc. XI. 1.), praescripsit eis divinam illam orandi formulam (Bar. ad an. 32. §. 14.), quae ab Tertulliano (De Orat. cap. 2.) Breviarium totius Evangelii, a S. Cypriano (De Oratione Dominica pag. 417.) Coelestis doctrinae compendium, ab omnibus Oratio Dominica nuncupatur, praestantissima, & perfectissima omnium praecationum. Nam, ut ait S. Augustinus epist. 120. cap. 12. §. 22. quolibet verba dicamus, quae affectus orantis vel praecedendo format, ut clareat, vel consequendo attendit, ut crescat; nihil aliud dicimus, quam quod in ista Dominica oratione positum est, si recte & consequenter oramus... Unde liberum est aliis, atque aliis verbis, eadem tamen in orando dicere, sed non debet esse liberum alia dicere. (15) Nec solum orandi formulam di-

(9) Matth. cap. XXVI. 55. Quotidie apud vos sedebam docens in Templo. Joan. XVIII. 20. Ego semper docui in Synagoga & in Templo, quo omnes Judaei conveniunt.

(10) Sed quandoque Christus solitaria loca querebat, turbas declinans: ait D. Thomas 3. part. quest. 40. art. 1. Unde Remigius dicit super Mattheum: Tria refugia legitur Dominus habuisse, navim, montem, & desertum, ad quorum alterum, quotiescumque a turbis comprimebatur, confcedebat... Et ideo ut daret exemplum praedicatoribus, quod non semper se darent in publicum, ideo quandoque Dominus se a turbis retraxit. Quod quidem legitur fecisse propter tria. Quandoque quidem propter corporalem quietem: unde Marc. 6. dicitur, quod Dominus dixit discipulis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: Erant enim qui veniebant & redibant, multi, & nec spatium manducandi habebant. Quandoque vero causa orationis: Unde dicitur Luc. 6. Factum est in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Ubi ait Ambrosius, quod ad praecpta virtutum suo nos informat exemplo. Quandoque vero ut doceret favorem humanum vitare: Unde super illud Matth. 5. Videns Jesus turbas ascendit in montem: dicit Chrysostomus: Per hoc quod non in civitate, & foro, sed in monte, & solitudine fecit, erudit nos, nihil ad ostentationem facere, & tumultibus abscedere, & maxime cum de necessariis disputare oportet.

Suidas in Lexico verbo Verba, Jesus: invenimus, Josephum, qui exidium Hierosolymitanum descripsit, in commentariis suis de bello Judaico aperte dicere, Jesum in Templo cum Sacerdotibus sacra fecisse. Verum, ut annotavit Ludolphus Kullerus, hodie in libris de bello Judaico nihil tale legitur de Christo Jesu. Mentio quidem fit nonnullorum Sacerdotum, quibus nomen Jesus fuit, sed ii a Salvatore nostro longe diversi fuerunt.

(11) Mansit hic mos aliquandiu in Ecclesia, ut Episcoporum concessa viri docti etiam laici sacras ad plebem conciones haberent. Probat id Origenes, & aliorum exemplo Eusebius lib. 6. cap. 19. At S. Leo epist. 92. alias 62. cap. 6. scribit Maximo Antiocheno cavendum esse, ut praeter eos, qui sunt Domini Sacerdotes, nullus sibi docendi & predicandi jus audeat vindicare, sive ille monachus, sive sit laicus, qui alicujus scientiae nomine gloriatur. Vide Baronium ad annum 230. §. 3. ad an. 453. §. 30.

(12) S. Leo serm. 95. cap. 1. pag. 181. tom. 1. (13) S. Ambrosius in Luc. lib. 5. cap. 6. pag. 83. Christus missurus Apostolos oravit prius, & solus oravit. Nec usquam alibi, si non fallor, orasse cum Apostolis reperitur: ubique solus obsecrat.

(14) S. Augustinus in libro de utilitate creandi, extremo cap. 14. §. 32. Eusebius lib. 3. Demonstrat. Evang. cap. 4. pag. 109. Iisdem cum praecpta quoque de rebus agendis tradidisset, eosdem apud omnes gentes supremam religionis doctores declaravit. Plura de Apollolis, & aliqua de duobus & septuaginta discipulis suis possunt in nostra Historia Apollolica.

(15) S. Cyprianus de Orat. Dominica pag. 415. Quae potest esse magis spiritalis oratio, quam qua a Christo nobis data est, a quo nobis & Spiritus Sanctus missus est? Quae vera magis apud Patrem precatio, quam qua a Filio, qui est veritas, de ejus ore prolata est? ... Agnoscat Pater filii sui verba, cum precem facimus. Qui habitat intus pectore, ipse fit & in voce. Et cum ipsum habeamus apud Patrem advocatum pro peccatis nostris, quando peccatores pro delictis nostris petimus, advocati nostri verba promamus. Nam cum dicat, quia quodcumque petierimus a Patre in nomine ejus, dabit nobis, quanto efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petimus ipsius oratione?

S. Petrus Chrysologus serm. 70. Orandi thema, materiam petendi, supplicandi normam paucissimis in verbis ipse tibi, qui tui es exorandus, indulsit; ut ex hoc tu petendi sumas sensum, intellectum postulandi capias, mensuram captas impetrandi.

scipulis tradidit, sed ipse ad precandum documento fuit & exemplo: quandoquidem in oratione ita frequenter verfabatur, ut in ea etiam pernoctaret. (Luc. VI. 12.) (16)

8. Praeter discipulos etiam ne femina secuta sunt Christum predicantem?

R. Secuta sunt multae, quae ministrabant ei de facultatibus suis (Matth. XXVII. 16.). In eorum numero fuerunt Maria Magdalena, ex qua Christus septem Dementia eiecerat (Luc. VIII. 2. 3.); Maria mater Jacobi, & Joseph, quam materteram Christi, ac sororem Mariae Virginis facit S. Hieronymus in Matth. cap. 27. (Pag. 65.) mater filiorum Zebedaei, quae Salome dicitur a S. Marco (Cap. XV. 40.), Joanna uxor Chusae procuratoris Herodis; & Susanna (Bar. ad an. 32. §. 31.). Nemp;e, ut ait idem S. Hieronymus, consuetudinis Judaicae fuit (nec ducebatur in culpam more gentis antiquo) ut mulieres de substantia sua victum atque vestitum praecceptoribus ministrarent. (17)

9. Passus ne est adversarios tempore predicacionis?

R. Anno primo (Bar. ad an. 31. §. 78.), quem acceptabilem fore praedixerat Isaias cap. LXI. 2. praedicavit approbantis universis, nemine Judaeorum, aut Gentilium, aut Samaritanorum repugnante, imo omnibus praedicantem audientibus peribenter. (18) At secundo predicacionis anno quam plurimos habuit obsecratores. Ita narrat S. Epiphanius haer. 20. §. 2. (Pag. 48.) & haer. 51. §. 25. (Pag. 447.) Anno autem tertio

S. Augustinus in Enchiridio cap. 71. §. 19. De quotidianis brevibus levibusque peccatis, sine quibus haec vita non ducitur, quotidiana faculum oratio satisfacit. Forum est enim dicere, Pater noster, qui es in Coelis, qui iam Patri tui regenerasti sicut ex aqua & Spiritu, Delet omnino haec oratio minima & quotidiana peccata. Vide D. Thomam 1. 2. quest. 74. art. 6. 8. & 2. quest. 83. art. 9.

(16) S. Ambrosius in Lucam cap. 6. §. 43. pag. 1366. Species tibi datur, forma praescribitur, quam debes amulari. Quid enim te pro salute tua facere oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat? Quid te facere convenit, cum vis aliquid pietatis officium adorari, quando Christus missurus Apostolos, oravit prius, & solus oravit? Nec usquam alibi, si non fallor, orasse cum Apostolis reperitur: ubique solus obsecrat.

Pouger tom. 2. Institut. Catholic. sect. 2. cap. 1. §. 2. pag. 521. Non agebat quicquam, non suscipiebat quidquam nisi praemissa oratione. Oravit in Templo. Luc. XIX. 47. Oravit in deserto. Marc. I. 35. Luc. V. 16. Oravit in montibus. Matth. XIV. 23. Luc. VI. 12. Oravit privatus in domibus. Matth. XIX. 13. Luc. XI. 1. Oravit ante discipulorum electionem. Luc. VI. 12. Oravit ante quilibet miracula. Matth. XIV. 19. Joan. VI. 11. Oravit post Baptisimum, oravit ante Transfigurationem. Luc. III. 21. IX. 28. Oravit in horis. Matth. XXVI. 36. 39. 42. 44. Ubi, quando non oravit?

Idem in annotat. Non verisimile est, Christum, qui ante cepit facere, quam docere, ut ait Luc. Aet. I. r. nunquam clauso cubiculo officio orasse, cum Matth. VI. 6. id expresse discipulis suis praeciperit.

(17) Idem Doctor maximus eodem loco: Ministrabant Domino de substantia sua, ut mereret eorum carnalia, cujus ille metebant spiritualia. Non quod indignet cibis Dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistratum: quod victu, atque vestitu ex discipulis deberent esse contenti.

(18) Hunc fortasse annum intelligunt Clemens Alexandrinus, & Origenes, cum asserant, Christum unius tantum anni spatio praedicasse. Clemens lib. 1. Strom. pag. 340. Erat Jesus veniens ad baptisima quasi triginata annorum. Et quod anno solo oporteret eum praedicare, hoc quoque sic scriptum est: Annuum acceptabilem Domini praedicatum misit me. Origenes hom. 32. in Lucam pag. 242. Juxta simplicem intelligentiam ajunt, uno anno Salvatore in Judaea Evangelium praedicasse, & hoc esse, quod dicitur: Praedicare annum Domini ac ceptum, & diem retributionis. Et lib. 4. de principiis §. 5. pag. 160. Annum, & menses aliquot docuit. Legenda annotatio potitrema cap. XVI.

Idem S. Clemens lib. VI. Strom. pag. 637. Praedicavit Dominus iis quoque, qui erant apud inferos. Id, quod docuerunt etiam alii ex antiquis Patribus secuti verba illa D. Petri epist. 1. cap. III. 19. Et his, qui in carcere erant, spiritibus veniens praedicavit. Horum Patrum testimonia satis multa legere licet in Spencers annotationibus ad Origenis lib. 2. contra Celsum pag. 85. edit. Cantabrig. & apud Cotelerium in Hermæ Paltorem lib. 3. similitudine 9. §. 16. apud Bellarminum lib. 4. De Christo cap. 13. D. Thomas 3. part. quest. 52. art. 2. ad 3. Ipsa praedicatio nihil aliud intelligi potest, quam manifestatio divinitatis ejus, quae manifestata est infernalibus per virtuosum descensum Christi ad inferos. Lege S. Augustini epistolam 164. alias 99.

(19) Arnobius lib. 1. adversus Gentes pag. 27. Unus fuit e nobis, qui, cum unam emitteret vocem, ab adversis populis, & dissone oratione loquentibus familiaribus verborum sonis, & suo cuique utens existimabatur eloquio. Quod si ita est, quomodo potuit Melchior Inchofer in Historia Sacrae Latinitatis pag. 230. affirmare non esse dubitandum, quin Dominus Latine interrogatus a Pilato Latine responderit?

S. Chrysolomus in Matth. hom. 43. pag. 429. Nonnumquam descendens ipsis crastinus, ut ita dixerim, nonnumquam, ut res petit, sublimius loquitur.

(20) Nonnulli, referente D. Hieronymo in Mattheum cap. 5. pag. 5. putant, hunc fuisse montem Oliveti prope Hierosolimam: ipse tamen magis credit, fuisse Thaborem, vel alium montem excelsum in Galilaea. Adricomus pag. 111. num. 9. & alii, qui Terram Sanctam describunt, vocant montem Christi, quod in eo Christus solitus fuerit orare, & praedicare. Abest ab Urbe Capharnaee tria millia passuum in Occidentem.

(21) Cap. 1. lib. 1. de sermone Domini in monte, quem duobus libris exponit; quod breviter exequitur etiam S. Leo serm. 95.

quos, & quasi graves adversarios & calumniatores passus sit, nemo ignorat. Nam Judaei tam pertinaciter infensi Christo fuerunt; tamque crudeliter inimici, ut Pontium Pilatum, qui Tiberii Caesaris iussu Judaeorum provinciam tunc administrabat, ad mortem illi inferendam, qua calumniis, qua minis, qua clamoribus vel invitum adegerint.

10. Quales fuerunt ejus sermones, & quis omnium praestantissimus?

R. Breviter & concisè ab eo sermones fiebant, ait S. Justinus Apologia I. §. 14. pag. 52. (Bar. ad an. 32. §. 10.) (19) Praestantissimus omnium est ille, quem initio predicacionis habuit in monte docendi causa discipulos suos, sicut legitimus in Evangelio Matthaei cap. 5. 6. & 7. (20) Hunc enim si quis pie, sobrièque consideraverit, puto, quod inveniet in eo, quantum ad mores optimos pertinet, perfectum vitae Christianae modum. Nam sic ipse sermo concluditur, ut appareat, omnibus praecceptis, quibus Christiana vita informatur, esse perfectum, ut loquitur S. Augustinus. (21)

11. Quandiu predicavit?

R. Varia admodum & inter se discrepantia de tempore predicacionis Christi veteres tradiderunt, ut legitur in Annalibus Baronii ad an. 34. §. 144. Eos maxime probari video, qui dicunt, Christum Dominum tres circiter annos in caelestem doctrinam evulgandam insumpsisse. Est in horum numero S. Ignatius Martyr in epist. ad Trallianos scribens, Christum per triennium praedi-

dicasse Evangelium. Est etiam Eusebius, qui ita scribit lib. 8. Demonstrationis Evangelicæ (Pag. 400.) : *Proditum est memorie, omne doctrina eruditivæ miraculorum tempus trium annorum, & semis fuisse: quod quidem est hebdomadis unius dimidium.* Et lib. 1. Hist. Eccl. extremo cap. 10. asserit, *universum prædicationis Dominica tempus non totos quatuor annos complecti.* Suffragatur eidem sententiæ Auctor Chronici Alexandrini his verbis [Bibl. Patr. tom. 12. pag. 929.] : *Jesus Christus Dei filius, cum tribus annis, & septuaginta sex diebus post baptismum discipulis suis salutaria & divina præcepta vivendi tradidisset, & vaticinia Propbetarum de se explicasset, ad crucem transit.* Tres vero istos annos Baronius numerat a Pascha anni 31. usque ad Pascha anni 34. ætatis ejus. (22) Contendit enim, illum post susceptum a Joanne baptismum quater Pascha celebrasse.

12. Quo anno prædicationis contigit triumphalis ejus introitus in Urbem Jerusalem, & qualis fuit?

R. Contigit anno postremo, die ante mortem ejus quinto, Martii vigesimo, primo Hebdomadæ, qui nobis nunc Dominicus est (Bar. ad an. 34. §. 5.) Id colligi potest ex Evangelio Joannis, in quo legitur (Cap. XII. 1. 12.), Christus venisse Bethaniam die sexto antequam ultimum Pascha celebraret, ac postmodum triumphantis in morem Jerusalem intrasse. Nam eo anno Pascha celebratum est die Jovis ad vesperam. Sex igitur dies ante Pascha fuerunt Sabbathum, dies Dominicus, feria secunda, tertia, quarta, quinta. Christus igitur Sabbatho, quo die ramos arborum præcidere minime licuisset, Bethaniam venit, & die insequente Jerusalem ingressus est. Nam summo mane Bethania decedens cum ad Bethphage, qui erat situs in monte Oliveti, (23) venisset, eo misit duos discipulos, (24) qui inde asinam & pullum ad se adducerent, iustos dicere

eorum dominis, (25) si prohiberent, Domino his opus esse [Matth. XXI. 1. Marc. XI. 1. Luc. XIX. 29.] Dicit obtemperatum. Afino pallii discipulorum exornato Christus incedit, (26) vestitusque per vias qua vestibus, qua ramis palmarum, & olivarum stratas, (27) a populo gratulante, & clamante *Hosanna filio David* (Joan. XII. 13.), tanquam Messias in Urbem deductus est. (28)

C A P. XII.

De Paschatis a Christo celebratis, & Eucharistia ab ipso instituta.

1. Quot Paschata a baptismo ad mortem Christi intervenere?

R. Quatuor. Primum anno ætatis Christi 31. Eræ Vulgaris 26. & Urbis conditæ 779. secundum, tertium, & quartum annis deinceps sequentibus. Primum illud est, quod Joannes statim post nuptias in Cana Galilææ celebratas commemorat cap. II. 13. quando Christus, ementes ac vendentes de Templo primum ejecit. Secundum, de quo fit mentio apud eundem Joannem cap. V. 1. Tertium, cuius idem Evangelista meminit cap. VI. 4. Erat autem proximum Pascha, ad quod Christus eo anno Jerusalem in Judæam non accessit, sed mansit in Galilæa, quia quærebant eum Judæi interficere (Joan. VII. 1.). (1) Quartum, de quo testantur omnes Evangelistæ Matthæus cap. XXVI. 17. 20. Marcus cap. XIV. 12. 17. Lucas cap. XXII. 1. 8. 14. & Joannes cap. XII. & XIII. 1. Itaque, ut ait Baronius ad an. 34. §. 146. res est in confesso apud omnes recentiores, qui exactiori diligentia Pascha ab Evangelistis recensita numerarunt, post baptismum Christi quatuor per annos singulos esse Paschata revoluta. (2)

2. Quo-

(22) Baronii verba sunt hæc in Annalibus ad an. Ch. 31. §. 43. *Sic quemque annum prædicationis Christi usque ad ejus passionem a Paschate aspicimus, & in sequens Pascha producere consuevit usum est, quam a Kalendis Januarii incipientes, quid certo suo quoque anno sit factum, derivare.* Vide Riccolium tom. 1. Chronologie Reformatæ lib. 8. cap. 7. §. 3. & Schelleraum tom. 1. Antiquitatis Ecclesiæ illustratæ dissertat. 1. cap. 3. art. 2.

(23) S. Hieronymus in Matthæum cap. 21. pag. 43. Judæi, referente Augulino Calmet in Marcum cap. XI. 1. dicunt, Bethphage æque sacram esse, ac Jerusalem, ibique coqui solitos panes, qui offerbantur in Templo.

(24) Hos fuisse Petrum, & Joannem, volunt aliqui: quod hi duo apud Lucam cap. XXII. 8. legantur missi ad parandum Pascha. Alii malunt, fuisse Petrum & Philippum, & utuntur auctoribus S. Hilario Pictaviensi, Bedæ, & Scriptore Operis imperfecti.

(25) Hinc audiendi non sunt, qui dicunt, asinam fuisse juris publici, expostamque ad usum pauperum, qui iter facerent.

(26) Sanctus Hieronymus damnat eorum opinionem, qui putant, Salvatorem modo asinæ, modo pullo infudisse. En locus ex commentario in Matthæum cap. 21. pag. 43. *Nunc stringendum breviter, quod secundum litteram in parvo itineris spatio super utrumque animal sedere non quæritur. Aut enim sedet asina, & pullus absque se fore fuit; aut si pullo, quod magis competit, usus est ad sedendum, asina ducta est libera. Primis Republicæ Hebræorum temporibus equos non adhibitos, & primores viros asinis, & mulis usos, docet Lambertinus De Felis D. N. Jesu Christi part. 1. n. 106.*

(27) Idem S. Hieronymus verba hæc Matthæi, *Alii autem cedebant ramos de arboribus, explanans, De arboribus, inquit, frugiferis, quibus mons Oliveti confusus est. Igitur ad triumphum pompam adhibiti sunt etiam rami olivarum, quibus adeo mons ille abundabat, ut inde nomen nactus fuerit. De his ille Evangelistæ: dantaxat palmarum ramos nominat S. Joannes cap. XII. 13.*

Edmundus Martene de antiqua Ecclesiæ disciplina in divinis Officiis celebrandis, cap. 20. *Benedictionis Palmæ nulla apparet mentio apud auctores ante seculum octavum, aut nonum. . . . Nec ullum Amalarium antiquerem, qui illius mentionem fecerit, auctorem vidisse me memini. Ipse enim in lib. 1. de Ecclesiasticis Officiis, cap. 10. quod est de Palmæ die, ita habet: In memoriam illius rei nos per Ecclesiæ nostras solemus portare ramos, & clamare Hosanna; quos ramos haud dubitamus aliqua benedictione fuisse consecratos.*

(28) Vox Hosanna præter litteralem illam, vulgatamque interpretationem *Salvator, te precor, usum obtinuit, ut in acclamationibus significaret popularem illam vocem, Vivat Rex, Sit salus Regi.* Sant, qui existimant, ramos ipsos dictos Hosanna, quod desererent a clamantibus Hosanna. Quare Hosanna filio David interpretis, *Vivat filius David, Sit salus filio David: vel hæc Hosanna sunt in honorem filii David.* Vide Augulinum Calmet in Matth. cap. XXI. 9. Hieronymum epistol. 145. pag. 785. & Theophylactum in Joannem cap. 12. pag. 736.

Latini hujus triumphum diem vocant Dominicam Palmæ, Græci % Bææ, Ægyptii, & Syri Dominicam Hosanna. Michael Lequien dissertat. 6. ex Damascenis. §. 3. pag. LXXIII.

(1) Duplici prætextu, tum quod violasset Sabbathum imperans paralytico, quem sanaverat, ut tolleret grabatum suum die Sabbathi, tum quod in sermone habito Jerusalem anno superiore *Fatrem suum dixisset Deum, & qualem se faciens Deo.* Joan. cap. V. 8. 16. 18.

(2) S. Irenæus lib. 2. adversus hæreses cap. 39. docet, Christum post susceptum baptismum ter Pascha celebra-

2. Quotuplex de ultimo Paschate a Christo celebrato sententia est?

R. Quadruplex. Prima eorum (Bar. ad an. 34. §. 25. 28.) qui docent, Christum Dominum agni Paschalis cenam cum discipulis suis celebrasse, & Sacramentum Eucharistiæ instituisse Luna XIV. Martii die Jovis ad secundam vespem, pridie quam mortem pro nobis subiret. Secunda est Græcorum, qui, ut Christi exemplo confirmatum suum conficiendi Eucharistiæ ex pane fermentato, contendunt, Christum mortis suæ præcium celebrasse Pascha, ideoque etiam Sacramentum Eucharistiæ instituisse pridie ejus diei, qui Paschæ celebrando lege præstitutus erat, quando videlicet pane fermentato ferat Judæi licebat: Tertia est eorum, qui fatentur quidem a Christo Pascha celebratum die a lege statuto, sed volunt, eo anno Pascha a Judæis translatum fuisse in diem Sabbathi sequentem. Quarta demum est eorum, qui dicunt, Christum, omnia cæna Judaica, duntaxat Eucharisticam cenam corporis sui consecratione, ac distributione peregrisse. (3)

3. Ex his sententiis quam amplectenda?

R. Prima, quæ antiquissima est, & omnium sanctorum Patrum consensu, atque adeo Ecclesiæ ipsius auctoritate comprobatur (Bar. ad an. 34. §. 25.). Primus Origenes fidem suam proferat, qui (22) testatur est, Apolos in pervigilio mortis Christi manducasse Pascha secundum Legis mandatum, quod nisi de agno Paschali accipi nullo modo potest. Accedat alter testis D. Chrysostramus, cujus vestigiis instituisse omnem Ecclesiam, affirmat Photius in Bibliotheca cod. 116. pag. 194. ut appareat, Græcos, qui dicunt Christum Dominum Pascha

ante diem legitimum celebrasse, antiquissimum Ecclesiæ suæ institutum ignorare. (4) Chrysostramus autem hom. 85. in Matthæum (Pag. 715.) dicit, *Christum tempus Pascha transgressum non esse, ideoque legitimum Pascha manducasse: & hom. 82. in Joan. (Pag. 414.) scribit, tunc celebrasse Pascha, quando antiquitus celebratum erat, Græcis Patribus omni ex parte consentiunt Latini. Nam S. Hieronymus commentarius in Matth. cap. 26. (Pag. 59.) Postquam, inquit, typicum Pascha fuerat impletum, & agni carnes cum Apostolis comederat, assumis panem, qui confortat cor hominis, & ad verum Pasche transgreditur sacramentum. Augustinus vero epistol. 36. cap. 13. §. 30. Intermissio, ait, uno die, cujus vespera Dominus Pascha cum discipulis manducavit, qui finis fuit ejus diei, quem vocamus quintam Sabbathi; deinde traditus est ea nocte, quæ jam ad sextam Sabbathi, qui dies passionis ejus manifestus est, pertinebat: Hic dies primus arymorum fuit a vespera incipiens. Aliorum Patrum, qui aliis deinceps sæculis hanc ipsam veritatem profitentur ac docent, testimonia recitare necesse non est; præsertim cum sancta Tridentina Synodus rem extra omnem dubitationis lacum posuerit sess. 22. cap. 1. De institutione sacrosancti Missæ Sacrificii. Nam pronunciauit, Christum, celebrato veteri Pascha, qui in memoriam exitus de Ægypto multitudo filiorum Israel immolabat, novum instituisse Pascha, se ipsum ab Ecclesiâ per Sacerdotes sub signis visibilibus immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad Patrem. [5]*

4. Numquid narras de ablutione pedum?

R. Hæc, quæ sunt in Evangelio S. Joannis cap. XIII. (Bar. ad an. 34. §. 36. 38.) Christus Dominum prima ac legitima cenam jam peractâ, inter cenam secundam, & communem (6) solum aliis recumbentibus furexisset, vestimenta sua depo-

1. Quæ enim illi satis erat ad repellendos eos, qui dicebant, Christum annum unum dantaxat prædicasse. Vincentius Ludovicum Goti in Veritate Religionis Christianæ tom. 4. part. 1. cap. 19. §. 5. num. 42. pag. 387.

2. Augustinus in Joan. Tract. 55. §. 1. Pascha, non sicut quidam existimant, Græcum nomen est, sed Hebræum: opportunissime tamen occurrit in hoc nomine quadam congruentia utrarumque linguarum. Quis enim pariter Græce πασχα dicitur, ideo Pascha passio putata est, velut hoc nomen a passione sit appellatum: in sua vero lingua, hoc est in Hebræa, Pascha transitus dicitur: propterea tunc primum Pascha celebravit populus Dei, quando ex Ægypto fugientes rubrum mare transierunt.

(3) Opinio hæc seculo IX. invecita est, referente Photio in Bibliotheca cod. 115. & 116. Jamdiu sopitam sub initium sæculi XVII. edito libello excitavit Hieronymus Vecchietus, ob id jussu Inquisitionis Fidei ad multos annos carcere detentus. Eius sententia visa contra sacrarum Litterarum fidem, contra Ecclesiæ universæ auctoritatem, contra sanctorum Patrum doctrinam, ut refert Janus Nicius Erychæus part. 1. Pinacothecæ Virorum illustrum, pag. 196. Nihilominus eandem sententiam postea ausus est propugnare Bernardus Lamy in sua Concordia Evangelicâ, & in Tractatu Historico de veteri Judæorum Paschate Galilæe conscripto. Hujus argumenta constatunt viri doctissimi P. Gravefoni De mysteriis & annis Christi dissertat. 19. & P. Honoratus a S. Maria tom. 2. Animadversionum in regulas, & usum Criticæ lib. 4. dissertat. 3.

Creditor Marcion hæreticus fuisse primus, qui negavit, Christum celebrasse ultimum Pascha. Eius sententia a Sanctis Patribus confutata venit in oblivionem. Sub initium sæculi VII. eam ab oblivione vindicavit Philoponus hæreticus. Photii ætate habebatur contraria doctrinæ Catholice, sub Pontificatu Leonis IX. habebatur vana, nunc Romæ quidem habetur execrabilis, in Gallia vero & Hispania censor hæretica, aut hæresis affinis. Ita Witasse Doctor Sorbonicus apud Honoratum a S. Maria in Animadversionibus ad Regulas & usum Criticæ tom. 1. dissertat. 2. art. 6. pag. 142.

(4) Verba auctoris incerti apud Photium sunt hæc: *Refert idem secundum illos alios præsentia sua annos, Christum Dominum, ac Deum nostrum lege præscriptum Pascha celebrasse, non item eo, quo productus est: quod consideratione jure dignum, cum Chrysostramo, & Ecclesiâ tunc ipsum docent legitimum Pascha perferisse, antequam mysterium institueret cenam.* Vide Honoratum a S. Maria tom. 2. Animadversionum in regulas & usum Criticæ lib. 4. dissertat. 5. itremque Dissertationem nostram 10. de Azymo Græcorum.

(5) Suarez in 3. Part. D. Thom. tom. 2. disputat. 40. sect. 3. statuendum primo est, Christum Dominum ante passionem suam legitimum cenam cum discipulis celebrasse, æquumque Paschalem ritu Judaico immolasse, & comedisse. Quæ res tam aperta est in Evangelistis, ut mirum sit non desuisse hoc tempore hæreticos, qui eam negarent. . . . Sed hæc sententia est plane hæretica.

Antonius Bineus apud Lambertinum de Festis D. N. Jesu Christi part. 1. §. 152. pag. 63. perperis rationibus tum eorum, qui negant, tum eorum, qui ajunt, Christum Dominum Pascha legitimum celebrasse, ad extremum ita concludit: *Tot argumenta docent clarissime, longe præferendam esse eam sententiam, quæ seculum Pascha suum ultimum celebrasse statuit eadem die, eadem hora cum omnibus Judæis.*

De azymis, ac postremo Christi Paschate longa, & copiosa est Dissertatio Michaelis Lequien, qui ætæ sexta ex dissertationibus Damascenis: item illa, quam Augustinus Calmet præponit Evangelio D. Matthæi.

(6) Cornelius a Lapide in Joan. cap. XIII. 2. pag. 455. Christus hic triplicem cenam cenam cum Apostolis. Prima fuit ceremonialis, quæ comedat ægnum Paschalem. Secunda fuit communis, sive usualis: quia enim in em-

posuisse, (7) fungentemque munus admodum fer- vile, (8) aquam fuisse in pelvim, (9) ac pedes discipulorum, initio facta a Petro, qui id prius vehementer abnuerat, (10) lavisse, lotosque absterfisse linteo, ac defumum mense, a qua furrexerat, iterum accubuisse, & humane humilitatis utilitatem suo exemplo commendasse. (11)

5. Quando instituit Christus Eucharistiam?

R. Postquam, ut modo dictum est ex Concilio Tridentino, legitimam cenam fecit (Bar. ad an. 34. §. 38. 45.), & pedes discipulorum lavit, eodem Jovis die, primo Azymorum, quarto & vicefimo Martii, eadem in domo, (12) atque eadem forte in mensa cum recubisset iterum, (Joan. XIII. 12.) (13) pane, (14) & calice accepto ac benedicto, corpus suum & sanguinem discipulis distribuit, ac jussit, ut ipsi quoque id facerent in sui commemorationem. (15) Eandem rem ita explicat S. Irenaeus lib. 4. adversus haereseos extremo cap. 22. Dominus noster suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infir-

tuasi, nec ingrati sint, cum, qui ex creatura est panis, accipit, & gratias egit dicens: Hoc est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatura, quae est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & novi Testamenti novam docuit obligationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipit in universo mundo offert Deo. Quo Sacrificio, & Sacramento instituto, divitias divini sui erga homines amoris velut effudit, (Joan. XIII. 1. (16) atque re ipsa eos in finem dilexit. Etenim hoc bono nullum optabilius, nullum praestantius neque datum est mortalium generi praepotentis Dei concessu atque munere, neque dabitur.

6. Usus ne est aliqua verborum forma ad eam conferendam?

R. Eadem ipsa, qua nos utimur. Tertullianus enim lib. 4. adversus Marcionem cap. 40. Acceptum panem, inquit, & distributum discipulis corpus suum illum fecit, Hoc est corpus meum (Luc. XXII. 19.) dicens. Eodem modo Ambrosius De Mysteriis cap. 9. §. 54. (Pag. 339.) Ipse clamat Dominus Jesus: Hoc est corpus meum. Ante be-

plis familiis multarum & edacium personarum agnus non sufficiebat ad explendam omnium famem, hinc post ejus esum succedebat cena communis, qua alias carnes & cibos more aliorum dierum concedebat. Tertia sui cena Eucharistia, itaque Christus post duas priores cenas, ante hanc tertiam lavit Apostolorum pedes.

(7) Nempe vellem exteriorem. Certo constat, ait Casaubonus exercit. 16. ad Annales Baronii §. 25. pag. 348. Dominum nostrum & in cena & extra cenam eisdem vestes duas gestasse, exteriorem pallium, interiorem tunicam.

Grotius in Joannem cap. XIII. 4. tom. 6. Crit. Sacr. pag. 245. Hec vox re ipsa, vestimenta, ex illis est, quae plurali sero singularem habent significationem, ut notavimus ad Matth. XVII. 2. Veri ita solet Hebraeam vocabulum, quo proprie significatur extimus amictus, qui a ministrantibus deponi solet. Pilo de Sacerdotibus: Sine veniibus in solis tunicis vestitas, & libamina, & alia sacrificii necessaria afferunt ad summam celeritatem exerciti. Vide quae scripsimus de vestibus Apostolorum in nostra historia Apolonica de Apost. in univers. Exterio- 84. 42.

Quod si verum est, non probaverim quod Origenes tom. 32. in Joan. pag. 407. tom. 2. dicit, Christum exuisse vestibus omnibus: cum accepisset, inquit, linteum, praecinxit se, ut & omnino nudus esset, & cum lavisset, tela ad id accommodatore discipulorum abstergeret pedes.

Chryostomus in Joan. hom. 69. pag. 356. Non priusquam discederent, sed post omnium discubitum surgit a cena, inde non simpliciter lavat, sed ponit vestimenta.

Theophylactus in Joan. cap. 13. pag. 757. Non ante cenam lavat, sed postquam omnes recubissent, surgit solus ipse, illis recumbentibus.

(8) Vide annotat. 23. ad cap. X. de Miraculis Christi & Maldonatam in Joannem cap. XIII. 4.

(9) Ipse etiam aquam ferebat, & unguenta cum omni promptitudine propriis manibus faciebat: ut & nos ministrantes cuncta cum omni promptitudine per nosmet ipsos faciamus, in illius respicientes: neque extollamur: quid enim sumus nos, si ad Deum conferamus? Linteum itaque, pelvium, de hydrum a patre familiaris procul dubio in eum tunc usum accepit. Euthymus in Joan. cap. 16. pag. 207. tom. 10. Bibliotheca Patrum.

(10) Vide nostram Historiam Apostolicam in Juda Iscari. extrema annotat. 4.

(11) S. Augustinus tractat. 55. in Joannis Evangelium §. 7.

(12) Joannis, cui Maria cognomen. In ea enim Christus, Jerusalem cum esset, hospitari consuevit, in ea se reditivum Apostolis in conspectum dedit, & D. Thomae vulnera sua tractanda exhibuit. Vide Baronium ad an. 34. §. 22. & Historiam nostram Apostolicam in Vita Joannis Evangelicæ Interrogatione 6.

Sed fortasse probabilis hac de re Maldonatus in Matth. cap. XXVI. 18. pag. 614. & 615. Quis homo ille fuerit, cogendi non sumus dicere: nec enim Evangelistis, qui eum nominare voluerunt, sapientiores sumus: sed si sequamur quo veritatis dicit similitudo, probabile nobis videtur esse, Judaeum aliquem fuisse, hominem divitem & nobilem, qui in Christo credidisset, illique esset familiaris, sed occulte tamen, qualem Iosephum ab Arimathea, & Nicodemum fuisse legitimus Joannis XIX. 38. 39. Itaque si quis aliquem ex illis fuisse suspicatur, veterarium non judicaverim, modo suspicatur, non affirmet; nam Canaculum magnum, & bene ornatum ostendit non plebeum fuisse hominem; quod Christus Magister illi appellatur, indicat fuisse discipulum; quod jubet illi dicit, tempus meum prope est, declarat fuisse familiarem.

(13) S. Chryostomus hom. 82. in Matth. pag. 694. Quomodo autem si Pascha comedeant (Apostoli) adversus Legem recubentes comedeant? Sed dicere possumus, quia postquam comederunt Pascha (legale) ad cenandum recubuerunt.

(14) Utrique azymo. Nam a primo Azymorum die usque ad octavum nullus erat panis fermentati usus, imo vetum Judaeis aliquid fermentati domi habere. Exodi cap. XII. 19. Vide D. Thomam 3. part. quest. 74. art. 4.

(15) S. Thomas 3. part. quest. 81. art. 3. Innocentius III. dicit lib. 4. de Mysteriis Missae cap. 18. Tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit: Habuit autem tunc corpus passibile & mortale: Ergo corpus passibile & mortale discipulis dedit.

Christianus Lupus in Dissertat. de Sacris Processionibus cap. 2. pag. 338. tom. XI. Christus dum Eucharistiam confecerit in novissima cena, erat solus cum duodecim Apostolis: Virgo Mater non aderat. Quod tam ad ipsam transfuserit, Graecorum Patres testantur. Sed quoniam sint Graeci illi Patres, nullo modo significat.

Tillemontius in Vita S. Virginis Mariae Matris Dei art. 6. pag. 67. haec habet: S. Augustinus in Joan. tract. 109. non credit, illam interfuisse cenae postremae. Augustini locum, quia longior est, recitare superledeo.

In gestis S. Martialis reperiri insertum, illum videlicet tam in Cena Domini, quam in passione, nec non & resurrectione, ascensione quoque praesentem adfuisse, & cum ceteris Apostolis Spiritum Sanctum accepisse, ait Aymo Archiepiscopus Bituricensis in Edicto, quod subjicitur Canonibus Concilii Bituricensis anno 1011. celebrati apud Labbeum tom. 9. Conc. pag. 868. & Harduinum tom. VI. pag. 872. Verum S. Martialis interfuisse cenae Domini, repugnat Evangelio, in quo duodecim tantum Apostoli cum Christo discubuisse leguntur apud Matthaeum cap. XXVI. 20. Marcum cap. XIV. 18. Lucam cap. XXII. 14.

(16) Concilium Tridentinum sess. 13. cap. 2. apud Labbeum tom. 14. Conc. pag. 805. & apud Harduinum tom. 10. pag. 80.

nedictionem verborum caelestium alia specie nominatur, post consecrationem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Latini contentum Graeci. S. Iulianus in primis Apolog. I. §. 66. (Pag. 82.) Quomodo autem, ait, per Verbum Dei caro factus est Jesus Christus Salvator noster, & carnem, & sanguinem habuit nostrae salutis causa: sic etiam illam, in qua, per precem ipsius verba continentem gratiae actus sunt, alimoniam, ex qua sanguis & carnes nostrae per mutationem aluntur, incarnati illius Jesu & carnem & sanguinem esse edocti sumus. Nam Apostoli in commentariis suis, quae docentur Evangelia, ita sibi mandasse Jesum tradiderunt: cum scilicet accepto pane, cum gratias egisset, dixisset: Hoc facite in meam commemorationem, Hoc est corpus meum: & poculo similiter accepto, atque gratias dixisset: Hic est sanguis meus, istique solis tradidisset. S. Joannes Chryostomus extrema hom. 2. in epist. ad Timotheum scribit hoc modo: Quomodo autem verba, quae locutus est Christus, eadem sunt, quae Sacerdotes nunc quoque pronuntiant: ita & oblatio eadem est. Est porro simile illud Eusebii Emisiani homilia in Ramis Palmarum (Bibl. Patr. tom. 6. pag. 747.): Dixit tunc per se, dicit & modo per suos ministrans: Hoc est corpus meum. Sed differentissime planissimeque omnium S. Joannes Damascenus libro 4. de Fide Orthodoxa cap. 13. In principio dicit (Deus) Producat terra herbam virentem, & ad hanc usque diem, accedente imbre, divino precepto impulsus, & roborata factus suos profert. Dixit perinde Deus. Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus; & Hoc facite in meam commemorationem: & omnipotentis ejus precepto, donec veniat, efficitur. Scribit quidem Innocentius III. lib. 4. de sacro altaris mysterio cap. 6. dici posse, quod Christus virtute divina confecit, & postea formam expressit, sub qua posteri benedicerent. Sed contra hoc, ut ait D. Thomas 3. Part. quest. 78. art. 1. expresse sunt verba Evangelii, in quibus dicitur, quod Christus benedixit, quae quidem benedictio aliquibus verbis facta est. Unde praedicta verba Innocentii sunt opinative magis dicta, quam determinative. Quidam autem dixerunt, quod benedictio illa facta est quibusdam aliis verbis nobis ignotis. Sed neque hoc stare potest: quia benedictio consecrationis nunc profertur per recitationem eorum, quae tunc acta sunt. Unde si tunc per haec verba non est facta consecratio, nec modo fieret. Et ideo alii dixerunt, quod illa benedictio eisdem etiam verbis facta est, quibus modo fit: sed Christus ea bis protulit: primo quidem secrete ad consecrationem, secundo manifeste ad instruendum. Sed nec hoc stare potest, quia Sacerdos consecrat profertens haec verba, non ut a Christo in oculis benedictione dicta, sed ut publice prolata. Unde cum non habeant vim hujusmodi verba, nisi ex Christi prolazione, videtur, quod etiam Christus manifeste ea profertens consecraverit. Et ideo alii dixerunt, quod Evangelistae non semper eundem ordinem in recitando servaverunt, quo res sunt gesta, ut patet per Augustinum in lib. 2. de Sery Tom. III.

consensu Evangelistae cap. 30. 31. & 44. Unde intelligendum est, ordinem rei geste sic exprimi posse: accipiens panem benedixit dicens: Hoc est corpus meum, & inde fregit, & dedit discipulis suis. Sed idem sensus haberi potest etiam verbis Evangelii non mutatis. Nam hoc participium dicens concomitantiam quamdam importat verborum prolatorum ad ea, quae praecedunt. . . . Ut sit sensus: Dum benediceret, frangeret, & daret discipulis suis, haec verba dixit: Accipite &c. (17)

7. Sumpsit ne ipse quoque Eucharistiam?

R. Ait S. Hieronymus epist. 150. ad Hedibiam quest. 2. (Pag. 801.) Dominus Jesus ipse convicia, & convivium, ipse comedit, & qui comeditur. Et S. Chryostomus hom. 82. in Matth. Desiderio desideravi, inquit, hoc Pascha vobiscum comedere, hoc est tradere vobis res novas, & Pascha dare, quo vos spirituales faciam. Ipse quoque bibit ex eo, ne auditis verbis illis (Accipite, comedite, hoc est corpus meum: hic est sanguis meus) dicerent: Quid igitur sanguinem bibimus, & carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam & quando prius de his verba fecit, multi summomodo propter verba scandalum passi sunt. Ne igitur tunc id quoque accideret, primus ipse hoc facit, ut tranquillo animo ad communicationem mysteriorum induceret. Utriusque sententiam plane aperteque defendit S. Thomas 3. part. quest. 81. art. 1. hac ratione: quia Christus ea, quae ab aliis observanda instituit, ipse primus observavit. Unde & ipse prius baptizari voluit, quam aliis baptismum imponeret, secundum illud Act. I. Cœpit Jesus facere, & docere: unde & primo ipse corpus suum, & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumentium tradidit. Et hoc est, quod Ruth III. super illud: Cumque comedisset, & bibisset, dicit Glossa, quod Christus comedit & bibit in cena, cum corporis & sanguinis sui Sacramento discipulis tradidit: unde quia pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse participavit eisdem. Idem quest. 84. art. 6. ad 4. Sacramento, ait, Eucharistia & ipse sumpsit, & aliis dedit, tum ad commendandam excellentiam hujus Sacramenti, tum quia hoc Sacramentum est memoriale passionis, in qua Christus est Sacerdos & Hostia. Quod declarat etiam auctor glossae in cap. 87. distind. 2. de consecrat. his verbis:

Rex sedet in cena turba cinctus duadens, Se tenet in manibus, se cibatur ipse cibus. Comedit ergo Christus se ipsum, sed non quoad effectum, quia non indigebat. (18)

8. Calix, in quo sanguinem suum consecravit, fuit ne pretiosus?

R. Negant aliqui, auctore S. Clemente Alexandrino, de celebrata a Christo cum discipulis Agni Paschalis cena scribente haec lib. 2. Pedagogi cap. 3. (Pag. 161.) Christus in vili catino cibum sumpsit, & fecit discipulis super horram acc-

(17) Idem art. 2. ad 5. Consecratio enim apponitur in hac forma secundum consuetudinem Romanae Ecclesiae a B. Petro Apostolo derivatam. Vide eundem D. Thomam in 4. Sent. dist. 8. quest. 12. art. 1. Carcissimum Romanum de Sacramento Eucharistiae sess. 19. & Honoratum Tournely in Praelectionibus Theologicis de eodem Augustissimo Sacramento quest. 4. art. 8. conclusione 2. pag. 210.

(18) D. Thomas cit. part. 3. quest. 81. art. 1. ad 3. Effectus hujus Sacramenti est non solum augmentum habitualis gratiae, sed etiam quaedam actualis delectatio spiritualis dulcedinis. Quamvis autem Christi gratia non fuerit augmentata ex susceptione hujus Sacramenti; habuit tamen quaedam spirituales delectationes in nova institutione hujus Sacramenti. Unde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, quod Evangelistae Sacramento. Unde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, & similiter sacramentaliter, in quantum corpus suum sub Sacramento sumpsit, quod Sacramentum sui Corporis intellexit & disposuit.

S. Bonaventura Breviloqui part. 6. cap. 4. pag. 41. tom. 6. Christus quaedam Sacramenta instituit initiando, & consummando, & in semetipso suscipiendo, ut Sacramentum Baptismi, Eucharistiae, & Ordinis. Haec enim tria & tene instituit, & etiam primus suscepit.